



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 76. An conservatores propter delictum dominorum possint  
subjicere interdicto eorum terras eis temporaliter subjectas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Quod ego hac salis mica tempero, quam alio in loco adhibui, de Jurisdic. ord. in  
 exmpl. lib. 4. quest. 1. 2. nu. 3. & 4. quibus addo Ignatium Lopes In pract. Crimin.  
 Canonica cap. 14. 2. nu. 2. & seqq. cum Apostulis.

QUESTIO LXXV.

Conservatores utrum possint propter delictum Episcopi, Civitatem  
 cui praest, interdicere.

SUMMARIVM.

1. Conservatores possunt ex causa justa Civitatem ferire interdicto.

**P**hilippus Francus in cap. quia Pontificali nu. 4. vers. in ea glo. de offic. del. in 6. hanc  
 quaestionem movet, eamque insolutam relinquit Felin. in cap. sane 2. nu. 2. de  
 offic. del. eandem quaestionem proponit, cui responderi affirmative, cap. si sententia  
 §. ceterum de sent. excom. in 6.

QUESTIO LXXVI.

An Conservatores propter delictum dominorum possint subdicere inter-  
 dicto eorum terras eis temporaliter subjectas.

SUMMARIUM.

1. Propter delictum vasalli feudalis terra potest interdici.
2. Et terra dotalis propter delictum mariti.  
 Crimen est violare Exemptiones.

**F**elinus d. cap. sane 2. nu. 2. in fin. de offic. del. censuit posse. Nam & propter de-  
 lictum vasalli, potest terra ejus feudalis interdici, *Caldens de Ecclesiast. inter-*  
*dicto in 2. memb. quest. 17.* & terra dotalis propter delictum mariti, *Archid.*  
*cap. sicut Domini 16. quest. 2. Fel. d. loco cap. si sententia §. ceterum de sent. excom. in 6.*  
*raullimè. Gregor. Sayr. in Thesaur. Theol. Moralis tom. 1. lib. 5. cap. 11. nu. 8. fol. 517.*  
*Covarr. cap. alma mater par. 2. §. 2. num. 4. de sent. excom. in 6.* Quia autem impingen-  
 do in

do in privilegia Apostolica dolo malo seu malitiose delictum incurrat coe-  
tione punitioneque dignum, aliquoties aliis in locis ostendimus, *infra quest. 78. l. 1.*  
*quest. 81.*

Q U A E S T I O L X X V I I .

Exemptus si ratione rei non exempta conveniatur coram ordinario, utrum  
ad Conservatorem possit recurrere.

S U M M A R I U M .

- |   |  |
|---|--|
| 1. Res eadem diverso jure censi non debet.                    | alieno territorio sita.  |
| 2. Liber & subiectus nemo est.                                | 5. Exemptio plena plene eximit.  |
| 3. Diverso respectu eadem res diverso jure<br>censeri potest. | 6. Constitutio Julii Papa eximentis personis<br>& res etiam respectu officiorum aut in-<br>feriorum. |
| 4. Sortitur quis forum ratione rei in                         |  |

- 1 **A**rguitur posse. Quia res eadem diverso jure censi non debet, *cap. inani de decimis l. cum qui ades. ff. de usucap.* censeretur autem eadem res aut persona diverso jure, si persona persona sua respectu exempta esset, respectu autem rei non exempta subiecta non esset. Nam sicuti quispiam liber & subiectus esse non potest, ita nec exemptus ab ordinario & eidem subiectus esse potest, *arg. l. si duobus ff. de statu liberis*, & ita in exemptione personali sentit Abbas eandem extendens ad res non exemptas, in *cap. ad abolendam ubi etiam Joannes Anania de hereticis. Abb. cap. inarum in fine de privileg. & in cap. fin. de foro comp.* Verum Innocentius III. Pontifex Episcopo Lingonensi & quibusdam Abbatibus exemptionis Privilegiorum hac in Hypothesi quo ad res non exemptas, vires non habere descripsit, *cap. cum capella de privilegiis cap. ex ore sedentis §. fin. eod. tit. Corarrivius pract. quest. nu. 5.*
- Ratio est. Quia respectu diversorum jurium concurrentium eadem persona diverso jure censi potest, *cap. cum olim ubi DD. de re judic. c. sp. ex literis de probat. l. si consul. ff. de adopt. hoc est, ut persona exempta sit quo ad personam putamuram, non vero exempta quo ad rem qua non est exempta, d. cap. cum capellania DD. & glo. ibid. in verb. in quantum exempti.* Nam & sicut quispiam potest habere plura domicilia, *cap. ex parte de foro comp.* & tamen quo ad unum censi uno jure, & quo ad aliud jure diverso, ita & exemptus quispiam esse potest uno respectu, & alio respectu non exemptus, *cap. per tuas de major. c. obed. cap. ex ore §. fin. &*